



113

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
gehörig

N^o 1396.



Infect.

1. Chr. Wolff. de necessitate methodi scientificae ad genus
no. vbi. vni. naturae et partium.
2. Canz. Veritas. Deus est spiritus.
3. — de facultatis imaginandi usu et abusu.
4. — de rerum omnium idea in deo necessaria minime
arbitraria.
5. — de notione substantiae.
6. — Theses in augustinas.
7. — Rudimenta grammaticae vniuersalis.
8. — Eloquutio et speciatim oratione in eae pauca.
9. — doctrina de Tropis philoloz. illustr. et philosoph.
fundata.
10. Corpor. de significatione verbum proprio et translate.
11. Schmerzh. de Opinione.
12. Riecke. de Syllogismo inueniendis.
13. Schwarz de Sensibus. Quae Deo libent. (Sensationibus).
14. Neuberger. de. Spiritibus di. putandi in aera cuius
sequentiis in pte. tenentur.
15. Richter de Conceptione metaphisicorum.
16. Ringer. de Sensatione.
17. Hollman de definiendis in pte. scientiarum phi-
losophicarum libri. libris.
18. Menzies et Mylius exponunt. Puffendorum contra-
dicti. Sophias.
19. Muller. de Apothegmi philosophorum graecorum.
20. Sidelius. de obligat. iuris hominis ad religionem.
21. Wolfarth. Controversia de mundo optimo, origine
et origine mali. ita inter Kochlenae ac dub. Artib.
22. Borchold. An. de quantum in moralibus ex-
p. signis liceat argumentari.
23. Hagen. de explicatione peccatorum quantum va-
tes de eisdem docet.
24. Lange. de bonorum malorum actionum effectibus
naturalibus rebus. hanc vitam.
25. Lajus. de legibus ac precibus conuictis naturalibus in genera.
26. Hennings specimen Planetae graphicae physicae.
27. Finck. de Conclis.
28. Lahrnus. Praef. facultatem redi. p. nate con-
uictis. hanc in. inuere.
29. Taubner et Slaekner. de diffinitione latine germ. a-
ni. e. q. cop. laud.
30. Spangenberg. De varietate ingeniorum ratio. re. phi-
losophiae.
31. Reusch. de Logica quae da. philosophiae
recentioris.
32. Puff. de. ff. Renati de Cartes. primum leges.
33. Brenacci Epist. disp. de eligenda religione
in germania.
34. Hennings de explicatione Dei ex pulvis aspectu
demonstr.
35. Hartman de Conting. relati. libertatis requisi-
ti. tan. esse. disp.
36. Venck. Hominem ad vnam voluptatem con-
diti. tan. esse. disp.
37. Wüsch. de notione intellectus diuini.

9
DOCTRINA
R H E T O R I C A
D E
T R O P I S

PHILOLOGICE ILLUSTRATA
E T
PHILOSOPHICE FUNDATA,

AUCTORE
ISRAELE THEOPHILO
CANZIO,

Eloquentiæ ac Poëscos Professore P. Ord.
& Illustris Seminarii Ephoro.



T U B I N G Æ,
L I T E R I S G E O R G I I F R I D E R I C I P F L I C K I I.

5.

DOCTRINA
RHETORICA
DE
TROPIS

PHILOGOGE ILLUSTRATA
ET
PHILOGOGE FUNDATA

ANNOVA
ISRAELI THEOPHILUS
CANNIO

Procurator ac Professor Professor Ord.
et Publicus Seminaris B. M. G.



LEIPZIG
IN AEDIBUS C. H. B. M. G.





Σ. ⊖.

§. 1.



DE inventiōnis, dispositionisque artificio, postquam in philosophorum auditoriis, thesibus manu exaratis, privatim disseruimus, quantum instituti permisit ratio: nunc in eo est, ut illorum, qui similia publico ventilanda examine putarunt, desiderio satisfacturi, elocutionis primam partem DE TROPIS, copiosius, & secundum ima fundamenta spectatam, prelo subjiciamus.

Nexus
præsentis
operæ cum
antecedentibus
laboribus
privatis.

§. 2.

Cujus quidem instituti, si à reliquis omnibus discedam, hæc certe utilitas non contemnenda erit, ut litterarum antistites pariter atque cultores sententiam, si placet, pronuncient: NUMQUID EA, QUIBUS LINGUARUM PROFESSORES OCCUPATI SUNT, DISPUTARI ET POSSINT, ET MEREANTUR?

instituti
utilitas.

§. 3.

Illud igitur negotii nobis datum esse intelligimus, ut ad hujus doctrinæ origines ultimas, trivialium rhetoricæ libellorum operas, *ως εν ακρότητι* tactas, prætervecti, intervallo non mediocri, longius progrediamur.

instituti
ratio

A 2

§. 4.

quæ res
connexæ? §. 4.
Eæ res inter se **connexæ** philosophis dicuntur, **quarum ali-**
as ex aliis intelligere licet.

logice §. 5.
Nexus rerum logicus est, quando aliud **ex alio intelligitur**:
tamen si res altera alteram non determinet.

exempla
logice con- §. 6.
nexorum. Logice itaque **connexa** sunt ea omnia, quotquot **opposito-**
rum, similibusve nomen in scientiis gestant: quæ tamen si se
mutuo non determinent; ex altero tamen alterum intelligas.

explican- §. 7.
tur. Virtuti cum vitio commercium nullum: nec enim quæ hone-
sta & laudabilia sunt, ex se ipsis determinat quidquam, quod
turpitudinis proprium sit. Quia tamen contraria juxta se posita
magis elucescunt: ex tenebris profecto intelligere licet, quæ utili-
tas, quæ dignitas, quis, quantusque splendor lucis sit.

continuat- §. 8.
ur explicatio. Similium est eadem conditio. Similis v. g., est distincta co-
gnitio, quæcunque tandem sit in omni genere, cuidam lumini:
quod quemadmodum corpora nos circumstantia oculis conspicua
subjicit: sic distincta cognitio intellectui ea discernenda præbet,
quæ, ne erres, internoscenda sunt. Das leibliche Licht macht die
um uns seyende Körper sichtbar: Die deutliche Wissenschaft, oder
das geistliche Licht, macht die Sachen kenntbar.

continua- §. 9.
tur. Jam vero etsi hæc similia sunt, ut ex lumine multa intelligas,
quæ ad distinctam referuntur cognitionem: non tamen in natura
luminis quidquam inest, quod determinet distinctam cognitionem,
nec in distincta cognitione invenias, quod determinet naturam lu-
minis.

confecta- §. 10.
rium. Opposita igitur, & similia quæcunque sunt, non nisi logico
nexu cognata sunt.

§. 11.

§. 11.

Reapse inter se connexa sunt, quæ ex se mutuo intelliguntur; reapse connexa.
quia se invicem determinant.

§. 12.

Res autem rem determinat vel extrinsecus, ut altera ad alterius *esse* non pertineat: sic causa efficiens determinat effectum, *diviso reapse connexorum.*
subjectum sua adjuncta, & vicissim: vel res rem determinat intrinsecus, ut ad ejus essentiam pertineat: sic genus speciem, totum partes &c. determinat.

§. 13.

Ex his formatur definitio tropi generatim spectati, quæ adcurate emeritur, & suo notat caractere, quidquid rhetores hac voce significatum voluerunt. *definitio tropi.*
Tropus est vocis à nativa significatione ad alienam translatio, facta ob nexum rerum, prima & secunda significatione indicatarum.

§. 14.

Hac igitur definitione, qua fundamentum tropi detegimus, *definitionis momentum.*
id lucramur, quo nos vulgata rhetorum turba augere non potuit. Meminimus etiam, doctrinam *de rerum omnium inter se connexionem*, quæ paucis abhinc annis tot turbas excitavit, tot animos zelo accendit flagrante, vel in trivio (*grammaticam enim, logicam, & rhetoricam* ad trivium referimus) receptam esse, aut sane recipi necessario debere: neque tamen abeundum in illam Chori sententiam, apud Senec. traged. in Oedip. Act. V. vers. 980. seqq.

fatis agimur: cedit fatis.

Non sollicita possunt cura

mutare rati stamina fusi.

Quidquid patimur mortale genus:

quidquid facimus, venit ex alto:

servatque sua decreta colus

Lachejs. Dura revoluta manu

omnia certo tramite vadunt:

primusque dies dedit extremum

non illa Deo vertisse licet,

que nexa suis currunt carissis.

§. 15.

quid de ea
veteres?

Ex veteribus hujus translationis naturam & causas suo jam tempore perspexit Tullius, qui de oratore L. III. p. 280. litt. E. F. edit. Godofr. sequentia docet:

§. 16.

Cicero in-
primis?

Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit, inopia coacta, & angustiis: post autem delectatio jucunditasque celebravit. Ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est, ad ornatum corporis & dignitatem.

§. 17.

ante eum
Aristoteles?

Translationis, seu μεταφορῶν generatim Aristoteles quoque, ante Ciceronem, fecit mentionem: rhet. L. III. cap. 2. ταῦτα γὰρ ἀμφοτέρω καὶ κίβητα καὶ σωώνυμα ἀλλήλοις. Τὸ μὲν ἐν τῶτων ἑκάστων ἐστὶ καὶ πῶσα εἰδή μεταφορῶν - - εἰρηλαί - ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. - - Quid igitur horum nunquodque sit, & quot sint TRANSLATIONUM SPECIES - dictum est in arte poetica.

§. 18.

Quintilia-
nus distin-
cte sentiat?

Distinctius cum prima nostrae definitionis parte consentit Quintilianus L. VIII. institut. orat. cap. 6. p. 486. edit. Obrecht: tropus, inquit, est verbi vel sermonis à propria significatione, in aliam cum virtute mutatio.

§. 19.

definitionis
troporum
ordinariae
defectus.

Sed in omnibus tamen rhetoricæ scriptoribus, de fundamento translationis, quod IN RERUM, à quibus, & ad quas fit translatio, NEXU ponitur, altissimum est silentium.

§. 20.

tres partia-
les tropi
notiones.

In omni igitur tropo tria occurrunt: 1) significatus nativus à quo fit translatio 2) improprius ad quem fit translatio 3) nexus utriusque, ob quem fit translatio.

§. 21.

fundamen-
tum tropo-
rum divi-
sionis.

Sed cum res aliae sint logico duntaxat sensu connexae, §. 5, ex quo genere sunt opposita, & similia §. 6: aliae vero re ipsa connexae, cui classi adscribuntur causa efficiens, effectus, subjectum, adjunctum, genus,

genus, species, totum, pars §. 12 : translationes quoque, seu tropos, variorum generum esse oportet.

§. 22.

Quæ translatio propter similitudinis nexum, vocem à principali significatione, ut Fabius loquitur L. IX. cap. 1. flectit ad aliam: ea adpellatur **metaphora**. Quæ vero propter oppositionis nexum, vocabuli significatum ab oppositorum altero ad alterum transfert: ea vocatur **ironia**.

speciatim
metaphoræ
& ironiæ.

§. 23.

Præterea quando translatio significatûs, quo vox utitur, fit à rebus ad ejus modi res, quæ quidem reipsa connexæ, sed non *συνωδῶς*: tum tropus **metonymiæ** existit. Ac denique, quoties vocis nativa significatio commutatur cum alieno sensu *συνωδῶς* connexo: **synecdoche** cooriatur necesse est.

metonymiæ
& synecdoches.

§. 24.

Tropus igitur est locutio impropria, i. e. talis, quæ aliud **confestat** dicit, aliud significat: seu, in qua primariæ significationi substituitur alia, idque ob certum primæ & secundæ nexum. §. 20.

rium.

§. 25.

Si igitur connexionum gradus spectes, proque eorum varietate æstimes tropos: primum locum **synecdoche**, quippe sensus *συνωδῶς* connexos complexa, occupabit: alterum **metonymia**, quæ nexu reali, etsi non *συνωδῶς*: tertium **metaphora** quæ nexu logico præstantiore commendabilis est: quartum **ironia** sibi vendicabit, in qua nexus est tenuior.

troporum
ordo ratio-
ne dignita-
tis.

§. 26.

Ex definitionibus judicari licet, quid inter figuram, tropumque rhetoricum intersit. Tropi semper permutant significatum vocis: schemata autem, seu figuræ, sive mutata significatione, sive retenta eadem, alio sermonem habitu induunt.

troporum
& figura-
rum disci-
men

§. 27.

Namque figura certe rhetorica est, sive scribas: *quis tanto mentis acumine præditus, ut sciat*: sive absque tropo mentem ita exprimas: *quis adeo intelligens, ut sentiat?*

illustratur

§. 28.

§. 28.

Fabii testi-
monio.

Concinit Fabius, institut. orat. L. IX. cap. 1. p. 503. edit. Obrecht: *horum*, ajens, *nihil in figuras cadit*, loquitur autem de translationibus vocabulorum. *Nam & propriis verbis & ordine collocatis figura fieri potest.*

§. 29.

metaphora

Cum tamen maximi usus sit metaphora: ab ea sibi exordium putârunt scriptores rhetoricæ: à quorum quidem exemplo, ut nos recedamus, non satis equidem causarum esse arbitror.

§. 30.

12) ejus funda-
mentum.

Eousque res sibi similes sunt, quoad eodem modo determinantur. Nam si A in quibusdam ita se habeat, ut se habet in nonnullis B: tum alterum alteri, ex vulgato loquendi modo, simile dicitur. vid. Wolff. Metaph. lat. §. 195. seqq.

§. 31.

definitio
metaphoræ.

Metaphora igitur est tropus, quo vocabuli significatus ab una re ad alteram denotandam transfertur: propterea quod res utraque in quibusdam determinatur eodem modo.

§. 32.

13) Quintiliani
de ea judi-
cium.

Non male Quintilianus metaphoram brevem similitudinem appellat, sed cum sequenti discrimine: *in totum*, inquit Libr. VIII. inst. orat. cap. 6. p. 488. edit. Obrecht. *metaphora est brevior similitudo: eoque distat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere: hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio est, cum dico, fecisse aliquid hominem ut leonem: translatio, cum dico de homine, leo est.*

§. 33.

fundamen-
tum distin-
guendi me-
taphoras in
species.

Similitudo existit, partim quando unum uni, partim quando binis respondent: seu quoties alterum in aliquibus determinatur ut alterum: & rursus duo inter se ita determinantur, uti duo alia inter sese. Mathematici illam similitudinem *rationem*, hanc adpellant *proportionem*. Sic numerus binarius quaternarium respicit *ratione dupla*: binarius autem ad quaternarium ita refertur, uti quaternarius ad octonarium, *eadem proportionem.*

§. 34.

§. 34.

Unum uni respondet in illa v. c. similitudine, quæ legitur apud Tacitum annal. cap. 24. *callidum & tegendis sceleribus obscurum* hominem *huc confidentiæ venisse*. Namque homo occulte sive noctu sive interdiu agens, est similis illi, qui in tenebris, ac in caliginoso loco operatur. exemplum
unius spe-
ciei

§. 35.

Ex adverso bina binis, quadam veluti proportione, sibi mutuo respondent, in illa Plinii, histor. nat. L. XI. cap. 37. p. 203. edit. Froben. similitudine, qua de cerebro affirmat: *hanc habent sensus arcem*: nam ut se habet arx ad vicos, agrosque humiliores, sic se habet cerebrum ad reliquos hominis artus. alterius.

§. 36.

Vel ut se habet radix ad arborem, sic cerebrum refertur ad hominem totum. In prima igitur metaphora unum uni, in duabus reliquis, bina binis respondent. aliud.

§. 37.

Præterea uti similitudo alia est ἀκόλαστον, alia ἀνακόλαστον, ut Vossius loquitur, inflit. or. L. IV. p. 88. i. e. vel utrimque commutabilis, vel unius duntaxat partis: sic & metaphora duarum classium ordini subjecta esse potest. nova meta-
phoræ di-
stributio.

§. 38.

De mari placido, nec turbulento ventis, campum Virgilius enunciat Libr. I. Æn. vers. 39. exemplum.

- - - campos salis ære ruebant

quamvis alii legant pro (campos) *spumas*. Et idem tamen Virgilius L. I. Georg.

At prius, inquit, *ignotum ferro quàm scindimus æquor*. Itaque de campo vicissim maris planiciem prædicat. Sic flos virgo metaphorice dici, & vicissim virgo adpellari flos potest. Oculi sidera, & vicissim hæc possunt vocari oculi. Illud facit Statius in Sylvis, L. II. Epiced. 1. vers. 41. seq.

O tibi purpureo suffusus sanguine candor
siderique orbes, radiataque lumina celo
& castigata collecta modestia frontis!

B

Sed

Sed vicissim incomparabilis Germanorum poeta, Brockes, in dem irrdischen Vergnügen in Gott, T. I. p. 122. num. 12. solem mundi oculum adpellat his verbis:

Ursprung der Belebungs-Kräfte,
Ausfluß aller Geistigkeit:
Brunnquell aller Zeugungs-Säfte
Feind von aller Duncelheit!
Deine Macht weis uns zu geben
Wesen, Wärme, Licht und Leben,
Kraft, die, was sie zeugt, erhält.
Himmels-Auge! Herz der Welt!

Eandem metaphoram ἀνάσσειν adhibet Owen. L. III. epigr. 140.

*Si somnus nihil est, nisi mors, nil mors, nisi somnus;
Quo plus in vita dormio, vivo minus.*

§. 39.

extrema
metaphoræ
partitio.

Denique similibus, à quibus metaphora petitur, aliud alio præstantius, aut deterius est. Atqui licet jam præstantius culpaturis, id cum deteriore contendere: jam deterius laudaturis, id comparare cum præstantiore:

Rex erat Elisabeth: nunc est regina Jacobus.

Hec regis vocabulum sexui sequiori animum virilem: & vicissim reginæ vox, sexui præstantiori mollitiem animi muliebrem tribuit. Ratio est, quia animus Elisabethæ erat viri similis, & vicissim Jacobus, mulierem repræsentabat.

§. 40.

eius funda-
mentum in
Aristot.

Hoc artificium suo jam tempore Aristoteles commendavit. rhetor. L. III. c. 2. §. 26. edit. Schrad. καὶ εἴν τε κοσμεῖν βέλτε ἀπὸ τῆ βελ-
τιόνου, τῆς ἐν ταυτῷ γένει, φέρεν τὴν μεταφορὰν· εἴν τε ψέγειν, ἀπὸ
τῶν χειρόνων. Et si quem exornare volueris, ab eis, quæ sunt in eodem
genere præstantissima translationem sumere debes: si vero vituperare, ab
eis, quæ sunt deterrima. Utraque vero in translatione quandam
connexionem inesse debere, inter primam & secundam significa-
tionem, ex superioribus intelligitur.

§. 41.

§. 41.

Res, à quibus metaphora peti possunt duarum omnino classum sunt: *aliæ cœlestes, terrestres aliæ.* Rebus cœlestibus adscribendæ *divinæ primo, tum reliquæ,* quarum *in locis sublimioribus sedes est,* elementa præstantiora, meteora &c. Sæpe vox *DEUS, divinus* &c. ob naturæ divinæ excellentiam, ad res præstantiores significandas transfertur.

res à quibus metaph. petiuntur,

§. 42.

Sic Terentius in Phorm. act. II. scen. 2. v. 31.

Et qui præbet, ea, non tu hunc habeas plane presentem deum?
i. e. hominem multo benignissimum. Simili ratione Juvenalis tomacula laudaturus

exempla à rebus divinis petita

exta, ait, Et candiduli divina tomacula porci.

Nempe significat farcimina pinguis à porcinis carnibus, jecore, & aliis rebus delicatioribus involutis. *Treffliche Leber und Bratwürst.* Non male igitur in hanc rem scribit Aristoteles Libro VII. ad Nicomach. cap. 1. §. 4. p. 262. edit. Riccob. *Καθάπερ οἱ Λακωνες εἰώθασιν προσπαρορθεύειν, ὅταν ἀγαθῶσι σφόδρὰ τε, τῆνδ' ἀνὴρ φακίην* quemadmodum *Lacones soliti sunt appellare, cum quempiam valde admiranti fuerunt (divinus vir, ajunt)*

§. 43.

Cœlestibus vero rebus cum præterea adscribantur præstantiores illæ materiæ, *aër, ignis, meteora* &c. fieri frequentius affolet, ut ab his petantur metaphora. Sic, quicquid celsum est, poetæ æreum vocant. Virg. eclog. 1. vers. 59.

ab ære, igne &c.

nec gemere æria cessabit turtur ab ulmo.

Inde Artemidorus apud Strabonem L. IV. p. 185. edit. Paris. seu p. 283. edit. Wolters *καὶ Ἄερα τῶ ὄντι, φησὶν Ἀρτεμίδωρος ἄερα, διὰ τὸ ἐφ' ὑψους ἰδεσθαι μεγάλην. Ἄερα, recte, ut ait Artemidorus, sic dicta, quod sita est celsissimo loco.*

§. 44.

Hinc & metaphorico sensu ignis vocabulum legitur. v. g. apud Valer. Max. L. IV. cap. 6. num. 5. *tuos quoque castissimos ignes Portia - cuncta secula debita admiratione prosequuntur.* Ignis enim di-

ab igne

cuntur, & significantur tamen amores conjugales. Ignis præterea facti appellatio, Plinio Libr. XXVI. cap. 11. p. 480. edit. Froben. usitata, notior metaphora est, quam ut pluribus exponi mereatur. Meteora quoque præstantissimas suppeditant metaphoras. Plinius junior, quum se in magno, propter beneficia in damnatos amicos, periculo fuisse, significaturus erat: Lib. III. epist. 11. §. 3. hæc verba facit: *tot circa me jactis fulminibus, quasi ambustus, mihi quoque impendere idem exitum, certis quibusdam notis angurarer.*

§. 45.

metaphoræ
à rebus ter-
restribus
sumuntur.

Rerum terrestrium uti est numerus propemodum infinitus: sic metaphorarum ab illis desumptarum copia existit ingens. Hinc v. g. tot translationes ab aqua petita. De Antonino Philosopho Julius Capitol. histor. aug. edit. Schrev. p. 205. *mores matronarum, ait, composuit dissimiles, & juvenum nobilium.*

§. 46.

species ca-
rum.

In rerum terrestrium numero ponuntur partim res eæ, quæ ratiocinandi potentia destituta sunt, partim, quæ ea ornantur, aut certe quidem eandem arguunt. Illæ triplici vulgatissimo regno, **minerali, vegetabili, animali**, comprehenduntur: hæc continent **homines & artificialia**. Ab omnibus vero frequentissima regi peti metaphoræ solent.

§. 47.

in regno
minerali

Mineralis regni membra, quæ vulgo *metalla* vocantur, (sic dicta, *quod ubicunque una inventa vena est, invenitur & alia*, quæ Plinii verba sunt L. XXXIII. cap. 6. sub init. nempe *in* reperitur *vel in*) **ferrum, argentum, aurum** &c. quot qualis, & quam innumeris metaphoris occasionem præbuerunt?

§. 48.

Unde Horatius: L. II. od. 10. v. 5. 6.
*auræam quisquis mediocritatem
diligit:*

Item Lucretius L. III. de rerum nat. vers. 12. seq.
*omnia nos itidem depasci nunc auræa dicta
auræa, perpetua semper dignissima vita.*

Inde

Inde & Chrysofthomi seu aurei oris nomen. Et Virg. Æn. L. VI. vers. 792. 793.

*Augustus Caesar, divum genus : aurea condet
Sæcula, qui rursus Latio, regnata per arva &c.*

Similiter per translationem metaphoricam, quæ alba sunt, nomina ab argento depromta, fortiuntur. Sic de cometa Plinius L. II. cap. 25. lin. 33. edit. Froben.

Fit & candidus cometes argenteo crine

Et Ovidius simili metaphora scribit, Metamorphos. L. III. vers. 413. p. m. 73. edit. Basil. 1549.

Fons erat illinis nitidis argentens undis

Poetæ germani vocant Silber-helle Stutten &c. A ferro, reliquisque metallis, prodire translationes quamplurimas, vulgo notum est: inde illud Horatii L. I. od. 3. vers. 9. 10.

*illi robur & æs triplex
circa pectus erat.*

Inde Tullius L. XV. epist. 21. ad famil. §. ferrens essem si te non amarem. Notum illud Tibulli eleg. 10. libr. I. distichon:

*Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus, & vere ferrens ille fuit?*

§. 49.

Vegetabilis regni membra, sunt arbores, & plantæ. Hinc arbor pro homine ponitur Matth. 7. v. 19. planta pro dogmate, Matth. 15. v. 13. semen pro Christi verbo 1 Petr. 1. v. 23. furculi pro iis qui ex nobis sunt orti: Jesa. 11. v. 1. radix transfertur ad signandos majores Rom. 11. v. 16. fructus legitur pro operibus Gal. 5. v. 22. etiam apud profanos scriptores eadem metaphora locum habent. Inde arbor ad cervi cornua transfertur Virg. Æn. L. I. vers. 193.

in regno
vegetabili.

Capita alta ferentes

*Cornibus arboreis, sternit: tum vulgus & omnem
misset agens telis nemora inter frondea turbam:*

Quibus verbis significat, quod cervi alta tulerint capita cornibus, ad imitar arborum. Inde vicissim ab animalibus ad arbores fit verborum

borum translatio quæ est metaphora ἀνάθεος, ex definitione §. 37. Plinius Libr. XVII. hist. nat. cap. 2. lin. 12. seq. edit. Froben. scribit: *quoniam arbores factu exinanitas, & foliorum quoque amissione languidas, naturale est avide esurire. Cibus autem earum est imber.* Felicissimus Tullii imitator, Manutius, tropo à vegetabilibus petito, adpellat *fructum amissum maximarum virtutum* Libr. VI. ep. 10.

§. 50.

in regno
animali.

Quid dicam de regno animali, quod infinitis metaphoris materiam suppediat? Inde sermo ἀνδρωποπαθικός in scriptura omnis: frequens inde cornuum Pl. 18. v. 3. rugitibus, qui DEO tribuitur, aliarumque ferarum, quæ ad Numinis iram denotandum adhibentur, v. g. Oseæ 13. v. 7. 8. metaphorica mentio. Ex hoc fonte derivatur **leoninæ societatis** nomen, quam damnat L. 29. §. 2. ff. pro socio, his verbis: *Aristo refert, Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum alter damnum sentiret, & hanc societatem leoninam solitum appellare.* Lepide vero leonina societas depingitur à Phædro L. I. fab. 5.

*Sic est locutus, partibus factis leo:
Ego primam tollo, nominor quia leo:
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi:
tum quia plus valeo, me sequetur tertia.*

Eadem metaphorâ de littore gremium enuntiat Pomponius Mela. Lib. III. c. 3. num. 35. edit. Lugd. Bat. 1685.

Hac re mare, quod gremio littorum accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile &c.

Plura ex tam infinitis, quæ prostant, exemplis, non addam: cum omnium fere mortalium scripta iis referta sint.

§. 51.

metaphoræ
ab homini-
bus petitz.

Etiam ab hominibus, & rebus artefactis, quæ homines arguunt, §. 45. illustriores metaphora depromi solent. Hominum alii sunt divites, pauperes alii: alii integri, alii nature vitio laborantes: alii ingeniosi, alii inertes & stupidi, secundum fortunæ, corporis & animi nimirum dona considerati. Sed ex his omnibus petun-

petuntur metaphora. Primo quidem ab homine, qua divite: hinc Propert. Lib. III. eleg. 2. vers. 19. edit. Jau. Douf.

Nec Mausolei dives fortuna sepulcri.

Sic Ovidius epist. heroid. 17. vers. 65. *divitem epistolam* i. e. copiosam adpellat. Præterea fit translatio ab hominibus, qua vitio naturæ laborantibus: sic enim Apulejus ad Asclepium Trismeg. Adlocut. p. 91. edit. Francofurt. 1621. *Omnis vox divina necessaria taciturnitate mutescet, fructus terræ corrumpentur, nec secunda erit tellus, & aer ipse mæsto languore torpescet.* Denique & hominum animi dona metaphoris anam præbent, Apulejus de Deo Socratis p. 54. edit. citat. *sed istis, inquit, omnibus exuviis amolitis, equum ipsum nudum & solum corpus ejus, & animum contemplanur.* Qui hominis proprius est, animus, prædicatur de equo. Ex eadem causa artium ingenuarum, morumque ingenuorum adpellatio fluxit. Est enim ingenuus ein Freygeböhrner, prærogativa in unum hominem cadente, proprio sensu.

§. 52.

Memineris quoque ab artefactis translationes accipi. Inde hominem valde eruditum *ambulans museum* dixeris: inde Muretus de Gallia regina: *medicata enim est consilio & prudentia sua communibus totius Gallia malis*, metaphorice prædicat: mederi enim artis præstantissimæ opus est. Inde Lucretii metaphora, qui animam mortalem probaturus, cum veste comparat corpus, cui juncta est. Libr. III. de rer. nat. vers. 608. seq.

metaphoræ
ab artefactis.

- - *Quodsi immortalis nostra foret mens
Non jam se moriens dissolvi conquereretur:
Sed magis ire foras, vestemque relinquere ut anguis
Gauderet, prælonga senex, aut cornua cervus.*

Et Vitruvii, Libr. I. cap. I. edit. 1586. quum architecti artem describit: *Non puto posse juste repente se profiteri architectos, nisi qui ab ætate puerili his gradibus disciplinarum scandendo, scientiarum plurimum litterarum & artium nutriti, pervenerint ad summum TEMPLUM ARCHITECTURÆ.*

Ipsa rerum privationes metaphoris inserviunt

Hinc

Hinc ab umbris & tenebris petita translationes. Quare Silius Italicus Libr. VI. vers. 146. seq.

*Lucus iners juxta stygium pallentibus umbris
Servabat sine sole nemus crassiusque per anras*

Sub terras specus & tristes sine luce tenebrae.

Per umbras enim & tenebras intelligit die Geister der Todten, und Gespenster. Plura non addo, spatii exclusus angustia.

§. 53.

metaphora-
rum usus est
cautela.

Ut igitur campus formandarum à rhetore metaphorarum im-
mensus est, & in amplitudinem nullo definiendam calculo patet:
sic tamen & suos fines, modosque habet in applicatione, ut, quæ
metaphora hoc loco accommodata est, altero non sit. Fugiendæ
enim sunt metaphora longius petita, duriores, justo gran-
diores humiliioresque, nimis condensata, non persistentes
in eodem genere, ac demum desunt à re per se foeda.

§. 54.

prima cau-
tela.

Longius petitas fugiendas esse, Aristoteles scribit rhet. L. III.
cap. 2. §. 43. ἐν δὲ, ἔπιπροσθεὶν δὲ, ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοί-
δων μετὰφάσεις: *præterea videndum est ne longius ducantur translationes,
sed ex propinquis atque ejusdem generis.* Longius autem petita meta-
phora illæ sunt, quæ ducuntur à similibus non admodum notis,
aut non multum convenientiæ cum re præsentī habentibus. Pro-
inde & magis ad naturam accedunt illæ metaphora, quæ à rebus
oculo potius, quam fama perceptis, capi solent.

§. 55.

probatur &
illustratur.

Est hæc Tullii sententia sequentibus prodita verbis, de orat.
L. III, T. I. edit. Godofr. p. 281. litt. G. *Syrtem patrimonii scopulum
libentius dixerim, charybdin bonorum voraginem potius: facilius enim
ad ea que visa, quam ad illa, que audita sunt, mentis oculi feruntur.*
Hinc vitium styli antiquarii oritur, qui translata à ritibus, vetusta-
te obsoletis, vocabula adhibet. Ut si hebrææ, græcæ, & latinæ
linguæ ternionem, philologiæ studioso tam utilem, triplex Ennii
cor adpellitares. Gellius enim noct. attic. L. XVII. cap. 17. auctor
est:

est: Q. Ennium, tria corda habere sese, dixisse, quod loqui graece, & Osce, & latine sciret: vel, si litterarum cultores, qui foris boni videntur, intus flagitiosi existunt, *inversos Silenos* vocares: ducta similitudine, ab Alcibiadis imaginibus, exterius ridiculis, interius autem artem repraesentantibus divinam: vid. Voss. institut. Orat. T. II. L. IV. num. 9. p. 247. Sunt autem haec imagines tibiaram, musicae infervientium, instrumenta, à Sileno inventa, ut Strabo docet L. X. p. 470. edit. Paris. vel p. 720. edit. Wolters: *σειληγόν και μαρσύων, και δλαμπρον συναγωγος εις εν, και ευγελας αυτων ισορρυλος.* Jam Silenum, Marsyam, & Olympum conjungentes, eosque tibiaram inventores facientes.

§. 56.

Fugiendae etiam sunt metaphora justo grandiores, humiliioresque. Bene Dionys. Longin. de sublimitate, section. III. num. 6. p. 17. edit. Jac. Toll. *Τάυτη και τα τε νεοσινει γοργια γελαστα γεραφοσλος Εξεξες ο των περσων ζευς.* Itaque & illa Leontini Gorgii risum movent, quum Xerxem Perfarum Jovem vocat. *Και γυπες εμψυχοι λαφοι, & vultures animata sepulcra.* Nimis vero condensatae metaphora stylum poeticum sapiunt, nec ab affectatione sunt alienae. Id significat Aristoteles, rhetor. L. III. cap. 2. §. 12. *και οιον δεωδωδε φωνη πεπονθε προς την των αυτων υποκριτων. η μεν γαρ τε λεγοντος εομεν ειναι, α δ αμδραται.* Debet igitur esse oratio, qualis esse Theodori vox videbatur ad aliorum histrionum vocem comparata. Nam ejus ipsius, qui dicebat illa, esse videbatur, voces autem reliquorum alienae.

metaphorae justo grandiores & humiliiores fugiendae.

§. 57.

Eodem loco habendae sunt metaphora, quae non persistunt in eodem genere. Huc pertinent verba Quintiliani: *multi autem cum initium à tempestate sumserunt, incendio aut ruina finiunt, quae est inconsequentia verum foedissima: & verba, quae proxime antecedunt: nam id quoque inprimis est custodiendum, ut quo ex genere caperis translationis, hoc desinas.* Denique à rebus per se foedis translationes temere non arcessendas, res ipsa loquitur. Optime Cicero demonstrat, cavendum, ne sit deformis translatio: *qualis est (nam ipsius utar exemplis) castratam morte Africanam rempublicam: & ster-*

item non persistentes in eodem genere, & à rebus foedis petita.

CUS

cus curiæ Glauciam. Verba Quintiliani sunt, instit. orat. L. VIII. cap. 6. p. 489. edit. cit.

§. 58.

quæ opti-
mæ meta-
phoræ?

Quæ denique optimæ metaphoræ sint, Quintilianus indicat L. VIII. cap. 6. p. 488. seq. præcipue ex his oritur mira sublimitas, quæ audaci, & proxime periculum extolluntur translatione: cum rebus sensu carentibus, actum quendam & animos damnis:

pontem indignatus Araxes

& illa Ciceronis: quid enim tuus ille, Tubero! districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cujus latus ille micro petebat? Quis sensus erat armorum tuorum? Quamvis, quæ Vossius ad hunc Fabii locum notat, metonymiam, non metaphoram, in oratione hac Ciceronis inesse, verissima sint.

§. 59.

Causæ translationum à Tullio numerantur L. IV. ad Herenn. T. I. edit. Godofr. p. 63. litt. A. B. translatione utimur rei ante oculos ponendæ causæ, sic: hic Italiam tumultus exasperfecit tenore subito. Brevitatis causæ, sic: recens adventus exercitus subito civitatem exstinxit. Obscenitatis vitandæ causæ, sic: cujus mater quotidianis nuptiis delectatur. Agendi causæ - - Minuendi causæ - - ornandi causæ. Quintilianus L. VIII. cap. 6. p. 487. edit. cit. de translationum causis ita pronuntiat: id facimus, aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut (ut dixi) quia decentius.

§. 60.

præcepto-
rum in an-
tecedenti-
bus argu-
mentum ex
definitione
petitum.

Ex his præceptis nullum est, quod non per metaphoræ definitionem §. 31. traditam, satis luculenter demonstrari possit. Nam cum metaphoræ sit tropus, quo vocabuli significatus ab una re ad alteram denotandam transfertur, ob nexum similitudinis, seu quia res illæ in aliquibus eodem modo determinantur: §. 31. sequitur, res cœlestes in significandis terrestribus metaphorico usui esse posse: habent enim terrestres sæpenumero cum cœlestibus similibus præstantiæ nexum: sequitur, res terrestres inter se ipsas, alias aliis metaphorice exprimendis, inservire; quia v. g. in regno mine-
rali

rali aurum præstantia & caritate, argentum eadem affectione, imprimis colore, ferrum duritie, nexum cum aliis rebus similitudinis habet: sequitur, quia in regno vegetabili complura sunt, quæ prorsus eodem determinantur modo, quo res aliæ. nempe & secundum plantarum formam, & secundum earum vim *πλεσιμῶν*, & secundum incrementi subinde progredientis ordinem, sequitur, inquam, his rebus alias metaphorice significari posse.

§. 61.

Eadem pronuntiator sententia de metaphoris ab homine & artefacto petitis, Nisi enim homines in aliquibus, ut & artefacta, eodem determinarentur modo, quo res aliæ permultæ: fieri non non posset, ut ab eis desumerentur metaphora.

argumentum reliquorum præceptorum

§. 62.

Regulæ de fugiendis quibusdam metaphoris §. 51. & seq. tradita, ex eadem metaphorarum definitione intelligi possunt & debent. Longius petita metaphora, quid, quæso, sunt, quam similitudines non admodum notæ, aut parum conformitatis habentes? Atqui metaphorarum definitio §. 31. jubet obtinere nexum inter rerum, à quibus, & ad quas fit translatio, significatum, jubet impetrare talem nexum, quem possis cognoscere, jubet consequi eum nexum, quem queas omnium facillime cognoscere. Quo major est enim ille nexum, quo magis ab auditoribus, lectoribusve cognoscitur: eo certius satisfactum putes metaphorarum definitioni. Nec incertius fundamentum est reliquorum de quibusdam fugiendis metaphoris præceptorum. Quæ enim metaphora justo grandiores, humilioresque sunt, eadem parum habent similitudinis: quæ nimis condensata, ex nimium habent similitudinis: *omne autem nimium vertitur in vitium*: quæ non persistunt in eodem genere, similitudinem priorem deserunt, antequam satis intellecta sit, aut applicata: quæ à rebus fœdis desumptæ, ex habent cum similitudine averfationis conjunctam ideam, quæ per se auditoribus ingrata est.

argumentum regularum de fugiendis quibusdam metaphoris.

§. 63.

de metonymia

Hæc de metaphora : sequitur nunc , ut attingamus metonymiam , de qua Quintilianus institit : orat. L. VIII. cap. 6. p. m. 491. nec procul , inquit , ab hoc genere discedit μετωνυμία , quæ est nominis pro nomine positio : cuius vis est , pro eo , quod dicitur , causam propter quam dicitur , ponere : sed , ut ait Cicero , ὑπαλλογιῶν ῥητορες esse dicunt. Est igitur metonymia tropus , qui vocem has res denotantem ad significandas alias transfert , ob utrarumque rerum nexum realem quidem , at non ἐσιώδη.

definitio ejus.

§. 64.

fundamentum metonymiæ.

Reipsa , at non ἐσιωδῶς connexa sunt , causa efficiens & effectus , causa finalis & res , per quam illa obtinetur , item subiectum & adjunctum. Metonymiam vero materiæ non agnoscimus , tametsi Caldenbachiana thetorica p. 98. contrarium doceat , ejusque tanquam synecdoches exemplum præbeat Scaliger in Varronem de ling. lat. p. 115. qui aurum pro aurato archi , positum dicit , additque : sic Eminus Almæone :

Intendit crinitus Apollo
arcum auratum luna innixus &c.

§. 65.

metonymia causæ effie. quid causa effie. ?

Causæ igitur efficientis , & effecti , quæ artiffime connectuntur , si ab una synecdoche discedas , metonymia prima est. Causa efficiens est , ex cuius actione intelligitur , seu , quod idem sonat , in cuius actione ratio ponitur , cur aliquid existat. Effectus autem est ea res , quæ ab actione alterius , ut existat , habet. Si res propriis viribus & sufficientibus agat , est causa effie. principalis , si alienis vel parum sufficientibus , dicitur causa instrumentalis : ex quibus omnibus fiunt mutæ metonymicæ translationes.

31)
sequitur 32

§. 66.

Exempla.

Sic causa efficiens ponitur pro effecto in illo Valerii Maximi sermone Libr. III. cap. 4. num. 1. extern. nam cum eruditissimorum virorum ingenia in disputatione cæca vagarentur , mensurasque solis & luna

nae LOQUACIBUS MAGIS, quam certis argumentis explicarent.
Argumentum loquax dicitur, pro inutiliter copioso, à causa efficiente, quæ loquax est. Sic *infida suspicio* appellatur in Octav. Minucii Felic. cap. XVI. num. 4. p. m. 47. quoniam ab auctore infido proficiscitur: itaque id, quod causæ duntaxat efficienti competit, adhibetur pro effectu. Eodem sensu Plautus ait, in Rud. Act. I. Scen. 2. vers. 57. 58. p. 1180. edit. Taubm.

*Cerere te melius, quam Venerem sectarier
amore hæc curat, tritico curat Ceres.*

Quo loco sive inventrix, sive auctrix tritici, Ceres, ponitur pro ipsis frumentis.

§. 67.

Causæ instrumentalis metonymia his potest exemplis illustrari: Pl. 120. v. 2. Quid tibi noceat לשון רמיה *dolosa lingua?* i. e. calumnia, quam lingua, tanquam instrumentum, fingit. Eodem tropo Ovidius canit, heroid. epist. 21. vers. 198.

plectrâ dolore tacent, muta dolore lyra est.

Item Justinus L. XI. cap. 13. num. 11. *victoria non armorum decore, sed ferri virtute queratur.* Simili metonymia Propertius scribit: Libr. III. eleg. 20. p. 226. edit. Douf.

quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Et Jesaias, cap. 2. v. 4. *Et conterent, inquit, gladios suos* אמתים *in vomeres, Et hastas suas in falces,* למזמירות. *Metonymia vicissim effecti est, quando effectus ponitur pro causa. Hoc tropo utitur Curtius L. VII. cap. 7. p. m. 485. supervenit Aristander, non aliâs letiora exta vidisse se affirmans.* Per læta exta, intelliguntur ea, quæ letos faciunt. Pari metonymia Manilius utitur, Libr. II. edit. Boecl. cum not. Scalig. 1655. p. 58.

*Udus gelidis ut Phæbus ab undis
enatat Et sulvo paulatim accenditur igne.*

§. 68.

Metonymia finis non adeo frequens est, ut ea, quam paulo ante explicuimus. Finis est id, ob quod causa efficiens §. 65. agit. Ponitur jam res, per quam ad finem contenditur, pro fine ipso:

metonymia
causæ in-
strum.

metonymia
effecti.

metonymia
finis, &
quotuplex
fit?

ipso : sic *fides tua te servavit*, Christi verba ad mulierem Canaanæ sunt : i. e. servavit te finis fidei, qui ad consequenda Christi auxilia refertur. Quod enim in fide salutare est, id ab objecto, & sine fidei, Christo, est. Jam vero etiam finis ponitur pro re, per quam ad finem connitimur. Inde Terentius in Adelph. Act. V. scen. 6. vers. 49. 50.

- - - -
Ipsa si cupiat salus
servare prorsus non potest hanc familiam.

Id significat, si omnia, quæcunque ad salutem conferunt, coirent, hanc familiam tamen servari non posse. Huc pertinet Pauli dictio, ad Philipp. 2. v. 12. τὴν ἐλευθερίαν ἣν κατήραμεν ἵνα ἡμεῖς ὑμᾶς ἐλευθερώσωμεν, i. e. *eas res operamini, per quas ad salutem contendimus* : est enim nostrorum laborum finis salus æterna.

§. 69.

metonymia
subjecti.
quid subje-
ctum & ad-
iunctum ?

Pergimus ad metonymiam subjecti. Quæcunque res, præter suam *scilicet*, aliorum, vel quæ eidem inhaerent, vel quæ ei tantum extrinsecus adsunt, capax est : ea adpellatur subjectum. Præter *scilicet* rei inhaerent **sive attributa**, quæ ex *scilicet* necessario fluunt : uti mutabilitas ex *scilicet* corporis, quæ dicit rationem compositionis, intelligitur necessario : sive modi, qui sui rationem non habent in *scilicet*, ut habent attributa, sed extra eam : ideoque ex *scilicet* necessario non fluunt. Ut, quod *corpus sit rotundum, quod quadratum* &c. modus est inhaerens, sed mutabiliter, nec necessario. Quæ extrinsecus rei adsunt, innumera existunt : sic possessori possessa bona, continenti contentum, &c. aut reapse, aut juris cujusdam fundamento præsto sunt. Illa igitur, quæ præter *scilicet* ad rem accedunt, ejusdem adjuncta sunt. Quibus præmissis, subjecti & adjuncti metonymia rectius intelligitur.

§. 70.

metonymia
subjecti pro
attributis &
modis.

Metonymia subjecti, positi pro attributo suo, est tritum illud : *quam mihi terra sordet, quum celum respicio*. Terræ enim præsentis, quatenus à peccatoribus incolitur, & contaminatur Gen. 3. v. 17. proprium est, **caducum esse** : cum execrationem divinam ruina non sequi non possit. Subjectum igitur terra, quæ per se, ut-
pote

pote à DEo condita, fordere non debet, ponitur pro ea, quod fluxum, quod caducum, quod propediem ruiturum est. Exemplum metonymiæ, in qua subjectum adhibetur pro suo modo, hoc est: Titius, germani inquit, isti verdorben: i. e. perit fortuna, aut dignitas ejus. *Evannit Narcissus*, i. e. pulcra ejus forma. Curtius Libr. VI. cap. 6. num. 10. judicia exercitus Macedonis de Alexandro M. referens, hæc tradit: *puere jam sui, regem victis, quam victoribus similiorem: ex Macedonia imperatore Darii satrapam factum.* Non, quasi rex esse desisset, satrapa creatus: sed quia mores ejus tantopere mutati sunt. Subjectum igitur ponitur pro modo. Sic & in illo Oweni epigramm. 23. L. III.

*Humano generi lupus est, DEus est homo: quare?
nam DEus est homini Christus, Adamus lupus.*

§. 71.

Multo crebrius occurrit metonymia subjecti, positi pro illis rebus, quæ ei non inhaerent, sed extrinsecus adsunt: sic ponitur **Janus**, vicus Romæ, ubi pecunia fœnori dabatur, pro fœneratoribus, apud Horat. L. I. Epist. 1. vers. 53. 54.

*o cives, cives! querenda pecunia primum est
virtus post nummos. Hæc Janus summus ab imo
perdocet.*

metonymia
subjecti pro
rebus extrinsecus
accidentibus.

Quare Cicero L. II. offic. cap. 25. §. 8. *de querenda & collocanda pecunia; vellem & de utenda, commodius à quibusdam optimis viris, ad medium Janum sedentibus, quam ab ullis philosophis, ulla in schola, disputatur.* Eadem metonymia adpellatum possessorem legitimus pro re possessa: Sic Plautus in Afinar. Act. II. scen. 2. vers. 71.

L. I. *ubi is homo est? LE. jam devorandum censet si conspexerit.*

Sensus est: num hujus hominis bona jam devoranda esse censet? nominatum accepimus ducem pro exercitu, idque frequentius: v. g. Cornelius de Themistocle scribit L. II. cap. 5. *Xerxes se à Themistocle non superatum, sed conservatum judicavit; cum tamen & ab exercitu, quem duxit Themistocles, Xerxes victus fuerit: inventorem pro re inventa, notissimâ illa metonymia, quâ Martem pro bello ponimus.* Diodorus quippe Siculus auctor est, bibliothec.

othes. L. V. p. 341. edit. Rhodom. vel p. 235. edit. antiq. τὸν ἄγλυ δὲ μυθολογῶσι, πρῶτον κατασκευάσαι πανοπλίαν, καὶ στρατιώτας καταπλῆσαι &c. Martem universam armaturam fabricari, & milites armis telisque instruere fabulantur. Inde Virgilius: sevit medio in certamine Mavors. Æn. L. VIII. vers. 700.

§. 72.

metonymia
adjuncti in-
hærentis.

Latissime etiam patet metonymia adjuncti, tum inhærentis necessario, & mutabiliter: tum adhærentis. §. 69. Omnium rerum finitarum hoc est proprium, ut successioni limitum sint obnoxia. Inde metonymia adjuncti, seu attributi, quod scribimus pro sub-jecto: quum ætas denotat eum, qui ætatem agit. Ætas seu duratio homini necessario competit. Quam ob causam Plautus in Menæchm. Act. IV. Scen. 3. vers. 1.

- - - sibi inimicus magis, quam ætati tue

ubi ætas ponitur pro ipso homine. Fieri & assolet, ut modus inhærens mutabiliter, adhibeatur pro subiecto. Ob eam causam lepide Terentius in Adelph. Act. V. scen. 1. vers. 11. 12. 13.

In ipsa turba atque peccato maximo
quod vix sedatum satis est, potasti SCELUS:
quasi re bene gesta.

Scelus dicitur pro sceleratissimo. Eadem metonymiâ Sallustius utitur bell. Catilinar. cap. 53. p. 163. edit. Gronov. eoque factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. i. e. ut divitem pauper &c. vinceret.

§. 73.

metonymia
adjuncti ad-
hærentis.

Metonymia denique adjuncti, quo utimur pro subiecto, cui adhæret illud, his potest speciebus comprehendi: ponitur enim signum pro re signata, in illo Virgilii Æn. L. V. vers. 121. 122.

Sergestusque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna

Navam quippe intelligit, cujus Centaurus signum erat. Eodem tropo utitur Cyrus ad Cambysem, apud Xenophontem, Cyropæd. L. VIII. edit. Heint. Steph. 1581. p. græc. 139. p. latin. 101. οἶδ' αὖ μὲν ἔν καὶ τὸ ὠ Καμβύση, ὅτι ἔτ' ὃ χερσὶν σιγήσειν τὸ τὴν βασιλείην ἀγ- σῶζον

τοῦτον ἔστιν, ἀλλ' οἱ φίλοι σκήπτρον βασιλευσὶν ἀληθέστατον. *Quare quod etiam te, Cambyses! minime latet, non est aureum hoc sceptrum, quod regnum servat, sed amici fidi sceptrum sunt regibus fidissimum.* Quibus verbis imperii insigne, sceptrum, ponitur manifestò, pro ipso imperio. Sic & Petronius Arbiter in Satyric. p. 93. edit. Lugd. Bat. 1596. ancillam hæc loquentem facit: *nec hoc dii sinant, ut amplexus meos in crucem mittam*, i. e. ut eum exosculer, qui signo crucis notatus est. Servos enim stigmatè, vel cruce notatos, ex Juvenal. Sat. X. vers. 183. 184. patet: item ex Sueton. in Caligul. cap. 27. p. 153. ed. Boxhorn.

§. 74.

Illud & sub finem doctrinæ, quam de hoc tropo tradimus, reliquæ notandum est, sæpe continens, seu locum, accipi pro contento, ejus specie seu locato. Hoc nexu nititur vocabulum *locupletis*, quod, ut Aufonius Popma de different. verbor. notat *in hac voce*, p. m. 287. *enim denotat, qui locorum copia abundat.* Locuples est quasi is, qui locum multum implet: locò, pro bonis, eò comprehensivis, positò. Antequam à metonymiæ & metaphoriæ tropo ad reliquos pergam; id quoque addendum videtur, eodem sæpe vocabulo, eodem sermone, & metaphoram, & metonymiam comprehendendi. Inde Livius Libr. XXXV. cap. 32. p. 310. T. III. edit. Gronov. *Athenienses - - admonuerunt, ne temere Græciam celeritate nimia consiliorum everterent.* CONSILIA CALIDA, & *andacia, prima spe leta, tractatu dura, & eventu tristia esse.* Consilium calidum dicitur & per metaphoram, quâ, quæ corporis sunt, transferuntur ad animam: & per metonymiam efficientis pro effecto, qua intelligitur consilium, quod à nimia profectum est animi perturbatione, & cupiditate.

§. 75.

Progrediendum est ad synecdochen, quæ inter omnes tropos, *synecdoches fundameta.* maximo rerum, à quibus, & ad quas fit translatio, nititur nexu. Ubi enim synecdoche locum habet, ibi translatio vocis à rebus ad res, & *συναδωγῆς* inter se connexas, fieri solet. Inter totum & partes est nexus & *συναδωγῆς*. Totum id adpellamus, quod unum est

D

cum

cum multis. Quodsi multæ ideæ, ad aliam ideam formandam coëant, **totum** oritur logicum, quod *genus, speciem, & individua* complectitur. Quodsi res multæ ita unum faciunt, ut in iis ultima ratio omnium contineatur, quæ illi uni tribuuntur: **totum metaphysicum** existit. Huc pertinet rei *materia & forma*. Denique quoties res multæ concurrunt ad formandam rem unam, ut in illis ratio omnium non sit, quæ huic uni rei competunt, sed ut tantum complementi causa adsint, **totum**, quod vocant **integrale**, natum est. Sic membra partes hominis integrales sunt.

§. 76.

Synecdoche generis & speciei.

Sunt igitur tres synecdoches modi, divisio est tripartita. Synecdoche generis est, quando idea latior adhibetur pro specialiori. Sic *mortales* adpellamus *homines*: qui tamen soli mortales non sunt, surrogata latiori idea in locum angustioris. Ob quam causam Tacitus annal. Libr. IV. cap. 11. p. 569. edit. Gronov. scribit de Augusto: *mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, sumisit è consularibus, qui coërcerent servitia*. **Rerum potitus** dicitur is, qui res speciatim ad imperium pertinentes sibi vindicavit. Eâdem synecdoche generis hyemem depingit Claudianus, de nuptiis Honor. & Mar. p. 65. edit. Nicol. Heinl. 1677.

- - - pars acrior anni
exulat: æterni patet indulgentia veris.

Sed & vicissim idea angustior succedit sæpe latiori, quam significatam volumus, quæ synecdoche speciei est. Hinc Festus, in voce stupri, p. 449. auctor. lat. in unum corpus redact. 1595. *stiprum*, ait, pro turpitudine antiquos dixisse apparet in *Nelei carmine*: *fæde, stupreque castigor cotidie, & in Appi sententiis, qui animi compotem esse, nequid fraudis stuprique ferocia pariat.*

§. 77.

speciei pro individuo & vicissim.

Huc pertinet synecdoche speciei pro individuo. Theologus dicitur pro Johanne apostolo, apocalypseos auctore. Et cæci Aristotelis adoratores virum, cætera laudandum, **philosophum** voca-

vocârunt καὶ ἐζοχήν. De Cacodæmone quodam individuo *Sulpicius Severus* in vita *Martini* cap. 6. p. m. 306. scribit: *diabolus in itinere, humana specie se ei obvium tulit - - - statimque è conspectu ejus inimicus evanuit.* Datur quoque *synecdoche* individui pro *specie.* Hinc illa *Valerii Maximi* Libr. II. cap. 10. num. 8. verba: *Quæ virtus effecit, ut quisquis sanctum & egregium civem significare velit, sub nomine Catonis desinat.* Eodem usus tropo homines, parvis laboribus magna gloriatos, ridet *Ammian. Marcellin.* Libr. XXVIII. cap. 9. his verbis: *Pars eorum, si agros visuri processerunt longius, aut alienis laboribus venaturi, Alexandri M. itinera se putant equiparasse, vel Cesaris.* Alexandri M. itinera facere, est maxima itinera facere.

§. 78.

Frequentissima quoque est *synecdoche* numeri, quum v. g. *synecdoche* singularis scribitur pro plurali: *der Franços, die Françosen.* *numeri.*

Hispanus, Gallus, Germanus, Gasco, Sabandus
constans, inconstans, fidus, avarus, inops.

Item

Tres sunt Convivæ: Germanus, Flander, & Anglus:
dic: quis edat melius: quis meliusve bibat?
Non comedis: Germane! bibis tu: non bibis Angle?
sed comedis: comedis, Flandre! bibisque bene.

De hac *synecdoche* *Quintilianus* L. VIII. instituit. orat. cap. 6. p. 490. edit. Obrecht. ita scribit: *nam & Livius saepe sic dicit: romanus prælio victor, cum romanos vicisse significat. Et contra Cicero ad Brutum, populo, inquit, imposuimus, & oratores visi sumus. Quod genus non modo orationes ornat, sed etiam quotidiani sermonis usus receptus.*

§. 79.

Altera *synecdoches* partitio significatu totum metaphysicum, de quo §. 77. cum suis partibus commutat. v. g. materiam ponit, pro re, quæ ex materia fabrefacta est, & vicissim. Præterquam enim, quod scriptura plus millies *carnis* vocem pro toto homine ponat: simili profecto metonymia etiam reliqui scriptores gaudent. *Lactantius* de relig. L. IV. p. 218. edit. Cantabrig. 1685. *indutus sum, ait, carne fragili & imbecilla, hæc est, quæ concupiscit, quæ irascitur,*

altera *synecdoches* partitio.

quæ dolet, quæ mori timet. Atqui concupiscentia non in corpus tantum peccatoris, sed in totum hominem cadit. Eodem tropo de Imperatore Commodo, Aufonius, tetraſtich. 18. p. 197. edit. Burdigal. canit.

*Eliso tandem perſolvens gutture pœnas
Criminibus ſaſſus matris adulterium.*

Nam etſi Commodum ſuffocatum à Narcifſo quodam acceperimus: tamen venenum quoque ei allatum eſſe, Herodianus L. I. cap. 17. edit. Scheid. memoriæ prodidit: ἐλθόντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ λαλοῦ ἐμβά-
λῃσα εἰς κύβητα τοῦ φαριſαίου, ὄντων δὲ κεράσασσα ἐνώδει, δίδωσιν. Itaque redempti ex balneis commixtum vino odorato venenum in calice obtulit. Ut adeo guttur, tanquam pars, ponatur pro toto corpore.

§. 80.

partitionis
illius reli-
qua mem-
bra.

Sed & viciffim id totum, quod ex materia conſtat, ſynecdo-
chice materiam denotare ſolet. Exemplum habes apud Virgil.
Æneid. L. VI. verſ. 507. 508.

- - - - Te, amice! nequivi
conſpicere & patria decedens ponere terra.

Ad quem locum ſervius, edit. Venet. 1562. p. 253. hoc annotat: TE,
tuum corpus, ut, nunc me ſunctus habet. Totus homo ſignificat ca-
daver. Quod & in vernacula receptum; et liget hier begraben, i. e.
ſein Leichnam.

§. 81.

Tertia ſy-
necdoches
diviſio.

Tertia ſynecdoches diviſio vocabula à toto integrali, de quo
§. 73. ad partes ipſius transfert ſignificandas. Sic totum ponitur
pro parte integrali. *Triduum ſub terra ſe futurum ſervator præannun-
tiat* Matth. 12. v. 40. & tamen non intelliguntur, quod eventus
docuit, niſi binorum dierum, ex tribus, quædam partes. Ex ad-
verſo vox vel una initialis, quæ pars eſt notiſſimæ conſtitutionis
pontificiæ, quæ in Gallia hodieque tot turbas excitat, pro integra
conſtitutione legitur. Hinc bulla UNIGENITUS nomen traxit, à
vocabulo initiali. Uti vero hic tropus non infrequens eſt; ſic ſy-
necdochen ſpeciei pro ſpecie non dari. recte probat Voſſius, in-
ſtit. orat. T. II. L. IV. p. 150. edit. Lugd. Batav. 1643.

§. 82.

§. 82.

Sed propter vocis homonymiam, synecdoches grammaticæ heic injicienda mentio est : maxime quia in verbis sacrae coenæ ejusdem usus cognoscitur. Συνεδοχη comprehensionem græca voce denotat. Synecdoche igitur grammatica est, quæ cuidam subjecto ; propter certam illò comprehensam partem, aut rem annexam, hoc aut istud predicatum tribuit : idque sæpius fit, per accusandi casum, sexto casui substitutum. v. g. æger pedes : nuda est genu : Titius est fidem incorruptus : os humerosque DEO similis : equus juba horridus. Si grammaticæ synecdoches exemplum volumus, in integro cum reliquis, quæ antecedunt, sequunturque nexu : Lucanus id præbere poterit, pharsal. L. IV. vers. 362.

de synecdoche grammatica.

definitio ejus.

Hoc petimus : victos, ne tecum vincere cogas.

*Dixerat. At Cæsar facilis : VULTUMQUE SERENUS
flectitur : atque usum belli pœnamque remittit.*

§. 83.

Sic, qui podagra laborat, æger pedes adpellari potest, per synecdochen grammaticam, quia homini sic afflicto, secundum certam partem, homine comprehensam, i. e. secundum pedes, tribuitur ægritudo. Theologi, inter quos v. g. Meisner. in philos. sobr. P. I. sect. I. de quæst. log. p. 211. synecdochen grammaticam, seu propositiones demonstrativas, ita definiunt : quando duabus rebus copulatis, in subjecto ponitur demonstrativum, utramque rem connexam denotans, & in predicato exprimitur unitum principale, minusque sensui obvium, Ut si de Titio dicas, HIC, quisquis est incorruptus est, scil. secundum fidem. Tum integritas Titio secundum certam animi affectionem, ipso Titio comprehensam re ipsa, tribuitur, tanquam connexum princeps, sed sensui non magnopere obvium.

quid de ea Theologi?

§. 84.

Synecdoche ergo grammatica, plurimum à rhetorica differt. Illa non mutat ullius vocis, ex qua propositio constat significationem : v. g. Titius est cruore oblitus, faciem : quibus verbis omnibus

quomodo differat rhetorica & grammatica.

propria sua relinquitur significatio : at synecdoche rhetorica vocabuli nativam significationem commutat cum alia , quæ tamen cum prima *ἁποδοῖς* connexa est. In illa v. g. propositione , quæ legitur Marc. 16. v. 15. *annuntiate evangelium παντα ἅσπερ ὅμι* *omni rei create* , vox *ἅσπερ* nativam significationem , quâ generatim res creatas omnes denotat , amittit , nec , nisi solos homines indicat.

§. 85.

grammatica
locum ha-
bet in cœ-
na f.

Recte igitur à nostris statuitur : in verbis f. cœnæ : **HOC EST CORPUS MEUM** , tropum synecdoches rhetoricæ locum non habere , multo minus metonymiæ , in qua signum ponitur pro re signata : sed hæc verba complecti duntaxat synecdochen grammaticam , quæ , adcurate loquendo , tropus non est.

§. 86.

fundamen-
tum ironiæ.

Nunc & ironiæ faciendæ mentio erit , cujus fundamentum in logico oppositorum nexu ponitur. §. 6. Dari vero inter opposita nexum §. 7. ni fallor , fati probavi. Idem tamen & Cicero probat in orat. post reditum ad Quirites , cap. 1. *sed tanquam bona valetudo jucundior est eis , qui è gravi morbo recreati sunt , quam qui nunquam egro corpore fuerunt : sic ea omnia desiderata magis , quam assidue percepta , delectant.* Nempe significat , se patriæ dulcedinem ex opposito demum sensisse , postquam eâ aliquandiu carendum fuerit. Quoniam ergo opposita ex se mutuo intelliguntur , vi definitionis , §. 4. eadem suo modo inter se connexa esse oportet.

§. 87.

definitio
ejus.

Ironia igitur est , quando per id , quod dicimus verbis , inuimus oppositum. Ut si Juvenalis Satyr. VI. vers. 256. 257.

- - - vel si diversa movebit

prælia , tu felix ocreas vendente puella.

ironicè canat. Significat enim nulli marito laudi futurum , si uxor seu puella ocreas venditura sit &c. Quasi dicat : minime felix erit : cui res hæc erit pudori , ac dedecori maximo. Ironiæ nomen derivatur à verbo græco *ἔγω* , quod in præsentis , & imperfecto inusitatum est , & vertitur *dico* : est enim ironia quasi *dixerim* quoddam. Nam & *ἔγω* dissimulate loquentem , vel & cavillatorem , omnia deridentem , significat. Vid. Suidas in voce *ἔγω* T. I. p.

1151.

1151. ubi p. 1152. quinque hujus species notat *χλέωνν*, derisionem, derivatio
μυκηρισμόν, tale ludibrium, quod naso suspento fit Gal. 6. v. 7. nominis.
σαρκασμόν, jocum amarulentum, *ἀσεισμόν*, jocum urbanum & fe-
 stivum. *ὑπόκεισιν* simulationem: quæ tamen ad facta magis, quàm
 ad verba, ad ethicam potius, quam rhetoricam, pertinent.

§. 88.

Quot oppositorum genera sunt, tot classibus quoque ironia ironiæ spe-
 distinguitur. Datur enim ironia à *contrario ad contrarium*, à *rela-* cics duæ.
to ad relatum, à *privationem à privatione*, ac denique à *contradi-*
ctione ad contradictionem. Ironiam à contrario ad contrarium com-
 plectitur illud Martialis L. III. epigramm. 49. juxt. al. edit. 62. p.
 m. 288.

Cotile! bellus homo es: dicunt hoc, Cotile! multi.

Audio: sed quid sit, dic mihi, bellus homo?

paucis interjectis verbis, quod, & qua ironia, bellum hominem
 dixerit, explicat:

Quid narras? hoc est, hoc est, homo, Cotile! bellus

res petricosa (al. pertriosa) est, Cotile! bellus homo.

Bellum igitur hominem, minime bellum, sed petricosum intel-
 ligit. Ironiæ, ab uno relato ad alterum vocabula transferentis,
 exemplum præbet illud Terentii in *adolph. Act. scen. 5. vers. 73.*
 nisi forte sensus interrogativus vim negandi habeat:

Quid hoc negotii: hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse.

Sensus est: *patrem agere ut filium, filiumque ut parentem.*

§. 89.

Ad ironiam, quæ privative oppositorum aliud ponit, a-
 liud autem significat, refero DEI oraculum, *Genes. 3. vers. 23.*
 אָדָם יָצָא מִן הַגַּן אֲדָם יָצָא מִן הַגַּן אֲדָם יָצָא מִן הַגַּן
Adam factus est, sicut unus ex nobis: quibus
 verbis non tam DEI similitudo, quam ejus privatio significata est.
 Vid. Clerici *Comment. ad h. l. Pentateuch. p. 39. col. a.* Lepida
 denique ironia est, quæ negativam verbis affirmantibus indicat, in
 illo Terentii loco *act. V. scen. 1. vers. 1. 2.*

duæ poste-
 riores spe-
 cies.

*Ædopol, Syrisce! te curasti molliter
 Canteque munus administrasti tui.*

Quis

Quis enim non videt hanc esse personæ loquentis mentem : minime curasse Syrum , dignum propterea , qui objurgetur acriter.

§. 90.

quomodo
ironia sit
dignoscen-
da?

si res ipsa
loquatur.

Ironia, inquires, *si nigrum loquitur, album vero significat* : à proprio & nativo verborum significato , quomodo discernenda erit ? sed non difficilis erit ironiæ à dictione propria distinctio ; si & pronuntiationem vultumque loquentis spectes , & ipsam rem consideres , circa quam loquens versatur . Quodsi enim hæc prædicata huic subjecto competere non posse , probe perceptum habuerit loquens : sane , si ea tamen subjecto tribuit , fieri non potest , quin ironia usus fuerit . Disputatur , v.g. numquid verba initialia orationis , quam Cicero pro Ligario habuit , ironice capienda sint : *novum crimen , Cæsar ! Et ante hunc diem inauditum , propinquus meus ad te Q. Tubero detulit , Q. Ligarium in Africa fuisse* . Ironice hæc dicta , Quintilianus arbitratur , Libr. IV. cap. 1. p. 213. edit. Obrecht. *imminenda quedam Et elevanda , Et quasi contemnenda esse consentio , ad remittendam intentionem iudicis , quam adversario præstat : ut fecit pro Ligario Cicero . Quid enim agebat aliud ironia illa , quam ut Cæsar minus in rem tanquam non novam intenderet ?* Alii vero hinc ironiam exulare putant , inter quos est , citante Vossio , L. IV. instit. orat. cap. 9. num. 2. p. 154. Ludovicus Carbo libr. I. de elocut. cap. 14. Sed quia Ciceroni ignotum esse non potuit , multos contra Cæsarem in Africa pugnasse : sane , quum dicit : *novum Et inauditum hoc crimen esse* , nonnisi improprie , & ironice , hoc ab illo potuit intelligi .

§. 91.

Si vultus
loquatur il-
lius , qui
ironia uti-
tur.

Maxime vero ex dicentis vultu , coram adspecto , quæ ironice interpretanda sint , intelligas . Plus aliquando vultu loquimur , quam verbis . Ipse Tullius in epist. 15. ad famil. Libr. VI. num. 4. p. 290. edit. Hal. hanc in rem ita differit : *non solum ex oculis , Et vultu , ex multis præterea signis , quæ facilius perspicere potui , quam scribere , hanc in opinionem discessi , ut mihi tua salus dubia non esset* . Si quis igitur prudentior res gravissimas ex aliorum vultu conjicere potest : quidni ex pronuntiatione & vultu harioleris :
sint-

sintne hæc aut illa ironice dicta, annon? Quoties autem particulae, scilicet, quasi vero, sane, nimirum, &c. adduntur: ironiam tanto facilius dignoscas. Sic Valerius Flaccus in argonaut. L. III. vers. 673. 674.

*Scilicet in solis profugi stetit Herculis armis
nostra salus:*

§. 92.

Quæri & solet: *utrum ironia in mendacii vitio posita sit nec ne?* an in ironia infit mendacium?
qui enim aliud loquitur, aliud mente agit: is sive à falso loquii errore; ubi ex officio agitur; sive à mendacii culpa; quando contra officium peccatur, exsolvi non potest. Atqui novimus ex antecedenti discursu *εἰρωνα*, liceat ita loqui, verbis aliud præ se ferre, aliud autem significare. At enim vero non conceditur in ironia mendacio locus. Mendacium quippe est, quando, contra quam fas est, aliud verbis significamus, aliud animo volvimus. At ironia primò hominis officio derogare non debet, prætereaque illud ipsum verbis, quanquam translato ad oppositum significato, innuit, quod & mens loquentis cogitat. Sic quum ei, qui in suo munere non dexterrime versatus est, exprobramus: *heus tu bone vir! curâsti probe*: tum id ipsum significamus, quod & de eo à nobis latum est iudicium. Qui ironia utitur, vult, ut contrarium ejus intelligas, quod ipse dicit: qui mendacio decipit, non vult, ut contrarium intelligas illius sermonis, quem ipse adhibet. Maximum igitur utriusque est discrimen. Veritas ethica est conformitas mentis cum significato vocabuli, sive proprio sive translato. Et mendacium existit, quando vocabuli significatus, sive proprius, sive translatus, à mentis sensu abhorret: non vero existit, si à significato proprio paulo longius discedit translatus: quod in ironiæ tropo potissimum contingit. negatur argumento à natura ironiæ petito.

§. 93.

Mendacii vero culpa ironiam vacare, vel ex eo satis intelligitur, quod nec ipsa sacra scriptura ab adhibendo ironiæ tropo abstinet: negatur argumento à scripturæ.

stinuit : quam tamen mendacis decepturam fuisse , non dixerit quisquam. Inde Paulus 1 Cor. 4. v. 8. ἤδη , inquit , νεογεγενημένοι ἐστέ , ἤδη ἐπιδείχθετε. hoc est , ex Castellionis versione : *jam vos saturi , jam divites estis*. Nempe innuit , nondum esse saturos , non esse divites Corinthios. Quæ quomodo dici potuerunt , si ullò mendacii genere , culpâ ullâ , ironiæ tropus commaculatus est ?

§. 94.

grammatica
vocum im-
positio na-
tiva arbitra-
rio nititur
fundamen-
to: transla-
ta significa-
tio rhetori-
ca arbitrii
non est.

Hactenus breviter explicuimus naturam troporum : nunc de troporum fundamento , quod per immensa scientiarum spatia latissime exporrigitur , pauca subjungemus. Vocabulorum , in omni lingua , nativa & prima significatio , quam dixeris grammaticam , arbitrario delectu rebus nomina imposuit : at eorundem vocabulorum in omni lingua , significatio tropica , necessario , nec temere mutando fundamento , suffulcitur. v. g. arbitrii primorum hominum , qui linguas excogitarunt , fuit , ut ea animalia natatilia , quæ & homini in cibum cedunt , vocarent *vernaculâ* *Fische* , *latine* *pisces* , *græce* *ἰχθύες* , *gallice* *poissons* , *italice* *pesce* , *hispanice* *peces* , *anglice* *Fishes* , *danicæ* *Fiske* , *polonice* *rybie* , *bohemicæ* *ryben* , *hebraice* *דגים* , *syriace* *דגים*. Quodsi enim vocabula his animalibus imposita , fundamento necessario , ubique terrarum , efformata essent : sane uno in omnibus linguis pisces appellarentur vocabulo. Id quod ex variarum linguarum diversis vocibus , quibus pisces denotari paulo ante demonstravimus , satis refellitur. At enim vero significatus vocum tropicus non dependet ex loquentium arbitrio , sed ipso rebus cunctis indito nexu.

§. 95.

illustratur
exemplo.

Ut igitur vocabula , quæ pisces proprie significatu nativo denotant , in variis linguis varia sunt , §. 92. sic ex adverso tropi , v. g. *metaphora* , quæ à piscibus petitur , qui denotant passim homines , Eccles. 9. v. 12. *synecdoche generis* , quum piscis ponitur pro ceto , Jon. 2. v. 1. *metonymia adjuncti* quæ pisces *marina* *vocat animalia* , Gen. 1. v. 12. in omnibus linguis immutabiles sunt ,
ita,

ita, ut alia vocis translatione uti non liceat, quàm eâ cui rerum ipsarum nexus respondet. Est igitur in omni tropo translationis ratio sufficiens, nec, sublato rationis sufficientis axiome, ulterio- rem tropi locum adinvenire possent. Intellego autem rationem suf- ficientem ab harmonia rerum universali petitam, non à tali homi- num arbitrio, quod, particulari rerum nexu, elicitum fuit.

§. 96.

Hæc de tropis generatim observari non poenitebit. Speciatim metaphora fundamenta spectanda sunt. *Nisi in universum res omnes, & affectionibus quibusdam, & modis, & mutationibus, uniformi ratione determinarentur: metaphora formari nulla posset.* Quis v. g. alpes Sueviæ umbilicum appellâset unquam, nisi hi mon- tes, ratione figuræ, eodem modo terminati existerent, quo illa humani corporis pars, quam vocamus umbilicum?

metaphoræ arguunt re- rum omni- um harmo- niam.

§. 97.

Qui negat exactam hinc motuum in corporibus humanis, illinc perceptionum in spiritibus, harmoniam: is tum ex sacris, tum ex profanis scriptoribus, præstantissimarum quarumque metaphorarum fundamenta tollit. Discendi regulas, ex comparatione corporis atque animi humani, à summo viro, qui nuper rectoris academici officio decessit, oratione erutas, legimus: vidimus & p. 25. com- parationem per jucundam, accuratamque, sequentibus expressam verbis: *sex, octo, decem horas continuas audire magistros, eo quidem scopo, ut biennii, vel triennii spatio cursum absolv. is academicum: hoc idem est, ac si tria per diem prandia, tres cœnas sumere pueri institue- rent, ut paucioribus scilicet annis adolescerent.* Quæ, quomodo ve- ra essent, nisi corporis & animi actiones, iisdem, si ordinis nem- pe utrinque observandi præstantiam spectes, continerentur re- gulis: i. e. nisi quâdam hinc inde monstratâ, tum in corpore, tum in animo, agendi uniformitate, metaphorarum sternerentur fundamenta. Loquor autem hîc de conformitate actionum cor- poris cum anima, non externarum duntaxat, sed maxime inter- narum: de figura non faciei, sed omnium vel minutissimarum

probatur argumento.

carnis & sanguinis particularum, quæ animi propensionibus accommodatæ sunt. Interdum tamen ipsa faciei forma externa animi motibus respondet. Unde Vellejus Paternulus de Vatinio, Histor. L. II, cap. 69. *in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii, adeo, ut armus ejus dignissimo domicilio inclusus videretur.* Et Vegetius de re militari L. I. cap. 6. *sed qui delectum acturus est, vehementer intendat, inquit, ut ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligat, qui implere valeant officium bellatoris. Namque non tantum in hominibus, sed etiam in equis, & canibus virtus multis declaratur indicis.*

metonymiæ
abusus ido-
latriam
peperit.

§. 98. De metonymiæ tropo, secundum fontes, ex quibus scaturit, considerato, pauca quoque addam. Exploratum habeo, metonymiæ abusum, quum poëta causam efficientem ponerent pro effectu, v. g. *Cererem*, i. e. vim naturæ frugiferam, pro frumentis, *Bacchum*, i. e. terræ autumnalem fertilitatem, pro vino, peperisse idololatriam.

usus ejus-
dem: quia
unum cum
theologia
naturali
fundamen-
tum habet.

§. 99. Sed nec id me fugit, quo fundamento metonymia nitatur: eodem & fulciri potissimum pro existentia DEI argumentum. In metonymia, vox, quæ opus notat, quod sic & aliter habere potest, ducit ad auctorem. Terentius in *Eunuch. Act. I. Scen. 1. v. 34.* quando ait:

Sed ecce ipsa egreditur nostri fundi calamitas.

quia calamitas & non existere potuit: causam calamitatis, quæ Thais fuit, voluit indicatam. Sed in probanda DEI existentia idem processus est. Cernimus ea, quæ alio atque alio esse modo possunt: indeque auctorem anquirimus, & si mens non lava sit, inventum honoramus. De metonymia subjecti idem esto judicium: cujus uti fundamentum ille quidem nexus est, quo cum subjecto adjunctum copulatur: sic ex auctoris à quo hunc mundum cognoscimus ortum, tanquam ex subjecti, certas affectiones indicantis, præsentia, quæ in illum auctorem perfectio-
nes

ues cadant, ordine debito intelligimus. Quæ theologia naturalis genealogia est.

§. 100.

Ex fundamento synecdoches intelligas, res vilissimas cum præstantissimis connecti: insecta contemptissima, nonnulla, ut ita dicam, cognatione attingere divinos cœlorum angelos. Quod ni verum esset, falleret illa synecdoche generis cum aliis infinitis Marc. 16. v. 15. Nec fallar, si dicam, fundamentum hujus tropi solum in se complecti rationem, quamobrem DEUS mala in mundo admiserit. Sed manum de tabula.

synecdoches fundamentum amplissimæ meditationis.

§. 101.

De ironia vero, quid dicam? cujus vis omnis in eo posita est, ut ex appellato contrariorum altero, alterum eò efficacius intelligas. Vera profecto sunt Dionysii Halicarnassensis Libr. XI. sub init. p. 685. edit. Sylburg. verba: *ῥᾶσα γὰρ οἱ ἀνθρώποι τὰ τε ὠφέλιμα καὶ βλάπλινα καλαμανθάνεσιν, ὅταν ἐπὶ ἀπαδείγματα ταῦτα πολλῶν ὁρῶσι*: *facillime homines, quid profit, aut obijt animadvertunt, cum multorum exempla intuentur.* Quæ sane ratio est, quare sua DEUS judicia in mundo exercuerit, quotquot exercuit. Eo enim illius spectavit consilium, ut ex opposita consccleratorum, quos divina corripuit Nemesis, miseria, intelligeremus genuinæ virtutis felicitatem & prærogativam. 1 Cor. 10. v. 6. 2 Petr. 2. v. 6. Rom. 11. v. 22. &c. De una h. l. troporum affectione, nempe de catachresi tria verba subjungam. *Κατάχρησις* est tropi inflexio durior. Exemplum Persius præbet, Sat. I. vers. 33.

pœnarum & caliginum DEI rationes in ironiæ fundamento quaerendæ.

rancidulum quiddam balba de nare locutus.

Linguae enim proprium est balbutire, quod ad nares transfertur paulo durius.

§. 102.

Hæc de tropis breviter. Omnium tamen, quod sub finem moneo, præstantissimus tropus is est, qui non vocabulorum modo, sed

tropus omnium optimus practicus.

8.

Convenient verbis verba , certo situ : figuræ dictionis obverfabuntur.

9.

Concinant res rebus , certo nexu : tum tropos exfurgere neceffe est.

10.

Uti Deus pondere , mensura , ac numero omnia condidit : sic orator in verbis numerum , in rebus personisque pondus , in tempore ac loco mensuram commonstrat.

11.

Quum igitur sapienter & cum ratione omnia dicit : nunquid libertatem amittit ? An imponit necessitatem optimæ orationis habitus delectus ?

12.

Demosthenis facundia , quæ adversus Philippum Athenienses experefecit : utrum physico influxu arma militum movit , an per harmoniam præstabilitam , an ex systemate causarum occasionalium ?

13.

Posterius affirmari non potest. Nam systematis occasionalis patroni velint , nolint , miracula admittant perpetua neceffe est. Quæ cum excessu debeant , ne naturam rebus extrinsecam faciant : milites Græciæ arma moverunt , vel per physicum facundiæ Demosthenis influxum , vel per harmoniam cum illa præstabilitam. Idem de jussu ducis , milites exercitantis , dicendum.

14.

Uti simplicibus rerum compositarum affectiones , magnitudines , situs , figuræ &c. competere non possunt : sic nec ex delectatione oculorum , auriumve , qua corporis facundiam æstimas , metienda mentis eloquentia est. 2 Cor. 11. v. 6. 2 Tim. 4. v. 3. Mens enim est res simplex , composita , corpus.

15.

Oratores , secus ac Philosophi , syllogismis perfectis superfedere , enthymematis carere non possunt.

16. Non

16.

Non omnes affequentur discrimen inter profanæ facundiæ effi-
caciã, ac verbi divini vim : prout illud inter duo extrema, Pa-
jonii sententiam, & Reformatorum de verbo DEI placita, in-
terjacet.

17.

Dantur, quæ nulla mortalium oratoria, ne maxima quidem,
exprimere possit. Illa nimirum, quæ sensibus objecta, vel planè
non amplius internoscere licet, vel non ita diu: quo pertinent cõ-
lores, oculis, & artis musicæ Sirenes, auribus perceptæ.

18.

In divinis autem talia maxime dari, quæ nulla effari eloquen-
tia possit, cum his caducis sensibus non subjiciantur, sed novos re-
quirant, 1 Cor. 2. v. 9. per se exploratum est. 2 Cor. 12. v. 4

19.

Ut colores justo propius conspecti pulcritudinem amittunt :
sic ingeniosissima, fecundissimaque affectu oratio, judiciosius ex-
pensa, lepore privatur. Distinctius lustratos, quum varii generis
coloribus tinctos, solares radios, discernit Nevvton, debilitare eos
videtur, non debilitat : quemadmodum, qui scripturæ verba cura-
tius evolvit, vim luminis iisdem adimere videtur, non revera
adimit.

20.

Homines enim plerique lumen vivaci fulgore, non distincto
radiorum adpectu æstimant ; i. e. orationum præstantiam, vi &
efficacia, non accurata per partes facta meditatione, quæ
tranquillum poscit animum, meti-
untur.



01 A 6594

ULB Halle
002 933 268

3




sb

k







DOCTRINA
RHETORICA
DE
TROPIS
PHILOLOGICE ILLUSTRATA
ET
PHILOSOPHICE FUNDATA,
AUCTORE
ISRAELE THEOPHILO
CANZIO,
Eloquentiæ ac Poëscos Professore P. Ord.
& Illustris Seminarii Ephoro.



TUBINGÆ,
LITERIS GEORGII FRIDERICI PFELICKII.

